

INCIPIT LIBER PRIMUS S. HILARII DE TRINITATE

CIRCUMSPICIENTI MIHI PROPRIUM
 uitae humanae ac religiosum officium. quod uel a natura
 manans. uel a prudentium studio profectum. dignum aliquid
 hoc concessio sibi ad intelligentiam diuino munere optineret.
 Multa quidem aderant. quae o. p. m. o. n. e. communi efficere uallem
 atque optandam uitam uidebantur. Maxime que ex quae & nunc
 & semper antea potissima inter mortales habentur. otium simul
 adque opulentia. quod aliud sine altero. mali potius materies.
 quam bonum esset occasio. Quia & quies inops prope quoddam
 uitae ipsius esse intelligatur exilium. & opulens in quietudo
 tanto plus calamitatis adferat. quanto maiore indignitate
 hiscaetur. quae maxime optata & quaesita sunt ad utendum;
 atque haec quidem quamquam in se summa atque optima uitae
 blandimenta contineant. tamen non multum uidentur a con-
 sue tudine esse beluinae oblectationis aliena. quibus in salu-
 osa locis. ac maxime pabulis laetae uagantibus. adsit & secu-
 ritas a labore. & saticetas & pascuus. Nam si hoc optimus & ab-
 soluatissimus uitae humanae usus existimabitur. quiescere
 & abundare. necesse est hunc eundem secundum sui cuius que
 generis sensum. nobis atque uniuersis rationem. experire
 beluis esse communem. quibus omnibus natura ipsa in summa
 rerum copia & securitate famulantes sine cura habendi. copia re-
 dundet utendi. Ac mihi plerique mortalium non ob aliam qui-
 dem causam hanc ineptae ac beluinae uitae consuetudinem

Episcopi
 sententia:
 beata uita
 est manans
 in uolupta-
 te corporis